b. 5 [illegible] 39)

Uod felix fauſtumq; ſit Eccleſiæ Reip. & Academiæ *Edinburgenæ*, D. *Julius Conradus Otto*, linguarũ orientaliũ, Hebraicæ, Caldaicæ, Syriacæ, Rabbinicæ, & Sclavonicæ celeberrimus profeſſor, qui *Hieroſolymis* annos quatuor Judæis familiariter convixit; qui *Conſtantinopoli*, *Hadrianopoli* annos duodecim, in *Galliâ* annos viginti, in *Germaniâ* annos decem, eaſdem Linguas publicè & privatim, ſummo cum diſcentium profectu, admirabili compendio prælegit: in Academiâ *Edinburgenâ* ſingulis diebus *Martis*, *Jovis*, *Saturnii*, hora ſecunda pomeridiana, publicè linguam ſanctam profeſſurus eſt, nec non privatim in ſuo Muſæo, illam & quatuor alias horis condicendis docturus. Hoc igitur programmate linguæ ſanctæ, & reliquarum quatuor ſtudioſos invitat, ut adſint operam non pænitendam navaturi. Spondetq; eos qui modicum laborem impenderint, brevi temporis ſpacio plurimùm profecturos.

NATIONAL LIBRARY
D
15 AU